Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26908
Copyright: Admont, Benediktinerstift



illu. Imperator dixit. Erratis populi. et artes male
ficiorum operatur iste. Dixit beatus erasmus. Nonne et
tu dyabolus similis es illi. qui protoplastum de par
adiso eiecit. Impie carnifex. draco iniquitatis.
dux maleficiorum. maleficia mea christus est. filius dei uiuique
virgo genuit Maria. ex uerbo christi. quem prophete uenturum
predicauerunt. qui soluit peccata mundi. illuminans
tenebras ignorancie nostre. qui te percutiet in eter
num. cui tu rationem redditurus es. Imperator furo
re repletus. iussit beati herasmi carnes. ungulis fer
reis [illegible] effodi. Ille iam gratulans et psallens. pro
pheticum psalmum deo canebat dicens. Posuerunt
ierusalem in pomorum custodiam. et posuerunt mortalia ser
uorum tuorum. escas uolatilibus celi. et bestus terre. Tunc
imperator furore repletus. iussit aministris plurimum. picem.
sulphur. resinam. cum cera et oleo solui. et beatum
Erasmum perfundi. Stabat autem angelus domini cum eo.
qui ei refrigerium prestabat. Tunc beatus Erasmus
dixit imperatori. Vbi sunt mine tue. et furor tuus
magnus. Ecce corpori meo prestitisti magnum refri
gerium. Vniuersa uero plebs clamabat dicens. Di
mitte hunc hominem iustum. et episcopum ciuitatis sue.
quia deus christianorum operatur cum illo. Et ecce subito factus
est uentus et terremotus magnus. et tonitrua. et corruscati
ones. ita ut pene tertia pars populi moreretur. Angelus